

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1664

Autre(s) référence(s) : Fauroux 222 / Tabuteau 266 / Round 567

Auteur(s) : Eudes Stigand [particulier]

Bénéficiaire(s) : Saint-Martin d'Ecajeul (église)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1063-1066]

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard reçoit la garde de l'église Saint-Martin d'Ecajeul dotée par Eudes Stigand.

Eudes Stigand institue six chanoines à l'église Saint-Martin d'Ecajeul, et leur donne les terres, les prés et les dîmes de la susdite paroisse, comme la dîme de ses biens de toute espèce dans son domaine de Mézidon, l'emplacement d'une pêcherie entre Mézidon et Ecajeul.

Guillaume de Mirbel et Osmundus Boenot de Soquence, à sa requête, abandonnent leur part de dîme.

Eudes Stigand donne sa terre à [Sainte-Marie]-Lécaude avec une partie de l'église et de la dîme.

Serlo du Mesnil-Mauger, à sa requête, abandonne aux chanoines une terre au Breuil.

Eudes Stigand, affecte au luminaire de l'église la dîme du tonlieu de Mézidon ; à l'achat des cierges, les trois sous de cens de la terre de Saffridus Ganbaisarius ; aux ornements de l'église, les jours de fête, et à l'achat de deux livres d'encens pour Noël et Pâques, la terre d'Ansetillus Bacon.

En Cotentin (Constantinensi pago), il fait don de sa terre de Siouville avec la dîme d'un moulin, et la dîme des vilains de ce village.

Il partage ces donations en six prébendes qu'il affecte à l'usage de chacun des chanoines.

Il concède tous ces biens aux chanoines à titre d'honneur, ainsi que ses barons tiennent leurs honneurs de lui, et que lui-même tient le sien de son seigneur le duc de Normandie.

Il abandonne les oblations de sa chapelle, et il assigne à la garde de l'église les hommes des chanoines, affranchis de toute redevance séculière, à l'exception de celle de la mouîte et du tonlieu.

A Troarn, Eudes Stigand présente les chanoines à Guillaume duc de Normandie, son seigneur, et les confie à sa garde, eux, l'église et ses privilèges, en présence de Jean, archevêque de Rouen.

Le duc délègue le soin de les protéger à Roger de Montgommery.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 567, p. 197 (extrait).

b. Cronne Henry Alfred, Johnson Charles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum 1066-1154*, vol. 2, Regesta Henrici primi 1100-1135, Oxford, Clarendon Press, 1956, Appendix, n° CCXVI, p. 364.

c. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°222, p. 421-425.

Indications

Cronne Henry Alfred, Johnson Charles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum 1066-1154*, vol. 2, Regesta Henrici primi 1100-1135, Oxford, Clarendon Press, 1956, n° 1587, p. 227.

Dissertation critique

1063 env.-1066. L'auteur de cet acte, Eudes Stigand a perdu un fils en 1060 et c'est à cette occasion qu'il a accordé plusieurs biens à Saint-Ouen de Rouen. Il est donc possible de situer cet acte postérieur à 1063. Voir FAUROUX, p. 422.

Texte établi d'après c

In nomine sanctæ et individue Trinitatis. Post sanctam et gloriosam mediatoris Dei et hominum Jhesu Christi resurrectionem et ejusdem ad cælos admirabilem ascensionem multitudo credentium qui erant in exordia nascentis æcclesiæ vendebant omnia quæ possidebant et precium eorum ante pedes apostolorum deferebant, docentes non debere hominem rationalem servire sed dominari divitiis, dividebatur autem singulis prout cuique opus erat. Cum autem Dei gratia cepit crescere numerus credentium ad quorum sustentationem non sufficiebat illud præcium quoniam omnes credentes ad hoc non dabant neque valebant compelli ut a conjugio et in totum a mundanis vacarent actibus, constituit Dominus et magister salutis per sanctos suos in quibus et cum quibus loquebatur et quorum meritis et precibus usque hodie gubernat æcclesiam ut credentes non jam possessiones et predia venundarent sed de ipsis possessionibus Domino consecrarent unde ministri æcclesiæ qui specialiter et familiariter ipsi Domino adherent et mediatores inter Deum et homines per intercessionem suas fiunt vivunt et in omnibus necessariis sustententur. Cujus constitutionis dispositionem Odo Stigandus diligenter et fideliter considerans seque coheredem fieri Christi et ejus hereditati partem sue facultatis ascribi desiderans, Spiritus Sancti gratia admonitus, baronum et amicorum suorum fideli consilio et auxilio roboratus, in æcclesia Sancti Martini quæ est sita in vico cui nomen est Scajoliolum. VI. canonicos constituit et que ad usus eorum cotidianos necessaria esse cognovit, ut fidelis dispensator et prudens, diligenter supplere ac ministrare studuit. Neque vero res alterius fraudulenter supplantando seu violenter rapiendo, tam utile propositum explere voluit, sed de suo proprio satis consulte et convenienter pro æternæ remunerationis incremento hoc exequi curavit, dans eis scilicet terras et prata cum decima parochie prædictæ æcclesiæ adjacentis et totius sui dominici, quod est apud Mansionem Odonis, tam in terris quam in vineis et molendinis et virgultis et vitulis et agnis et caseis et velleribus et porcis et piscibus, et inter Mansionem Odonis et Scajoliolum piscinam eis facere concessit. Et ut Willelmus de Mirebel et Osmundus Boenot de Salquentia decimas suas, quarum duas partes retinebant, pmissæ æcclesiæ condonarent, multis precibus nutu Dei obtinuit. Terram etiam quam habebat apud villam que vocatur Sancta Maria Calida cum parte æcclesiæ et decimæ, sicut libere in dominio suo habebat, eidem æcclesiæ concessit. Et ut Sello de Mansionem Malgerii, terram quam apud Brollium de alodio suo in dominio suo habebat, communiter habendam canonicis predicti loci concederet, cooperante Sancto Spiritu obtinere meruit. Et ad luminare æcclesiæ decimam theloni de Mansionem Odonis et terram Safridi Guanbaisarii de qua tres solidos annuatim habere consueverat ad emendum cereos in festivitate Sancti Martini, et terram Anscetilli Baconis ut in festivitatibus de ornamentis æcclesiæ eam pararet, et duas libras incensi, unam ad Natale Domini et aliam ad Pascha, emeret ad laudem et honorem nominis Dei, digne et convenienter ordinavit. Item in Constantinensi pago, apud Seolvillam, terram cum decima unius molendini et decima villanorum ejusdem vici quam tenebat in suo dominio, predictæ æcclesiæ concessit. Hec autem supradicta in .VI. prebendas distribuens, propriis canonicorum usibus assignavit et, licet singulis singula ordinaverit et quid proprium cuique competere distinxerit, decimam tamen piscium et caseorum et decimam totius sui dominici pecoris de Mansionem Odonis et oblationes totius parochiæ predictæ æcclesiæ Sancti Martini adjacentis ad festivitatem omnium Sanctorum, et ad festivitatem Sancti Martini, et ad diem Natalis Domini pertinentes et ad diem Parasceve, et ad diem Resurrectionis Dominice, et si quid beneficii, præter hoc, eidem æcclesiæ conferretur eos communicare mandavit.

Hæc autem omnia predicta ita honorifice habenda et tenenda sicut et ceteris baronibus suis et sicut ipse a duce Normannorum domino suo honorem suum habebat. Canonicis utpote Domino consecratis, oblationes etiam capellæ sue concessit ; homines autem eorum, ab omni seculari exactione liberos, moltam et theloneum retinens, servituti æcclesiæ mancipavit, et ut noctu alternis vicibus in ecclesia ad eam custodiendam pernoctarent, opus exclusæ molendini eis condonavit. Jussit quoque hoc presens largitionis suæ exinde conscribi preceptum per quod voluit firmiterque jussit, ut hæc predicta absque ullius impedimento, per cuncta labentis seculi curricula, in ecclesiæ

consistent dominio. Et ut hæc auctoritatis firmiorem in Dei nomine obtineat stabilitatem, manu sua subter eam roborans signo sancte crucis sigillavit.

Signum Odonis Stigandi. + Signum Osmundi Boenot. + Signum Serlonis de Mansione Malgerii. + Signum Willelmi de Mirebel. + Signum Hugonis Buscardi. + Signum Ranulfi de Iz. + Signum Grentonis de Vals. + Signum Radulfi de Vals. +

Ut autem res et facultates æcclesiæ predictæ diuturna pace et incommutabili stabilitate fulciret, Willelmo Normannorum duci domino suo canonicos apud Troardum presentavit eique illos et æcclesiam cum omnibus facultatibus suis ad custodiendum ac defendendum, coram Johanne Rothomagensi archiepiscopo et quibusdam episcopis et abbatibus et baronibus suis, commendavit. Ipse vero, beneficium æcclesiæ et orationum suffragia humili devocione suscipiens, Rogero de Monte Gommeri eam vice sua fideliter custodiendam commisit. Quam institutionem auctoritate manus suæ sublimare cupiens, signo sancte crucis confirmavit. Signum Willelmi Normannorum ducis. + Signum Johannis Rothomagensis archiepiscopi. + Signum Hugonis Lexoviensis episcopi. + Signum Michaelis Abrincarum episcopi. + Signum Durandi Troardensis abbatis. + Signum Ainardi Sancte Marie Divensis abbatis. + Signum Nicholai Sancti Audoeni abbatis. + Signum Rogeri de Monte Gommeri. + Signum Rogeri de Bello Monte. + Signum Willelmi filii Osberti de Britolio. +